

1742.

1. Beckius, Joh. Irmen: Desemendis sententiae occa-
sionem impudentibus. Pro lege et Vergleichung des Rich-
ard. Marshall's hinterbliebenen Rechts-Artikels.
2. Biermann, Gustavus Georgius: De cognitio iustitia est
circa obiam
3. Beckius, Irmen Caprius: De secreto quod de electio-
nibus episcoporum fit.
4. Deniger, Coninus: De obligacione stricta missione
ecclesie ad ordinacionem ecclesie observationem
5. Ehrhart, Theophilus: De jure militi in equaestrum
uxori per operes artificiales.
6. Harlbrunner, Irmen Teobius: De iusta iurius iurandi
perjurio aut impunis facta declaratione



7. Hufeler, Janus Lector : Transprudencia analogica
fundamenta . . . ex formis Imperiorum constitut.
8. Lupis, Schlepper : De debito plenius proportiones
intro solacante
- 8^o b. Schwarzer, Christian Gottlieb : De rebus quodam iuridico
muni et ecclesiastico. 2 Eempl.
9. Spissius, Wolfgang Albertus : De testamento per procuratorem
non afferendo

1743.

1. Scindimus, Georgius Historicus : De jure primariarum precorum
Imperiorum Augustarum amplitudine
2. Scindimus, Georgius Historicus : De jure statutariorum illustris
republicarum Augustarum in genere.
- 3^o : Nagel, Dr. Rer. Michael : De Hadriani Imperiorum ex-
ist. Tione.

4. Humannus, Johes : De I. R. Imp. comitis investitur
ratione et electione. art xx. § 7. Capitulat. Prodi VII.
Imp. signat.
5. Oerke, Abraham Jacobus : Re jure publico universali
et particulari communque differentiis
6. Pfau, Christopher Jacobus : De probacione in fac
- 6^o. Richter, Christian Gottlob : De probabilitate in argumento,
quae proposita denunciantur.
- 6^o. Ruesch, Iacobus Georgius : De ratione sententias conservanda
et recte propaganda ex proual. et congre. viciss
us
7. Spies, Gottlieb Ulrich : De multiorum monumentis
1784.
1. Schreyer, Christian Gottlob : Ex historia Rom. Imper. Trop.
sententias quasdam dubias et controverias ... submittit.

1^a Schurzus, Christianus Gottlieb: De communiacione his uictimis
en Graecis Romanisque ab ignibus

1^b Humannus, Iohannes: De iniuriis Germaniae eis que
regis Tituli.

2 Humannus, Iohannes: De sacramento F. Domini

3 Walther, Petrus Lutetianus: De uero generis contractus et
permutacione et embolione sequentes mixt.

4 Weismannus, Magnus: De eo, quod iustus est etiam
incrementa et sacramenta pretiosiora, in hereditate
hereditariis, post confitentia, inventariis, emerget.
Hae Vnde zu... Abgang ex inventariis, vornuntlich uero
reizlicher Geschäft-Yüttier.

1745

1. Beck, Georgius Lenkensis: De suctione fumi tabaci

1^a Beck, Philippus Lutetianus: De conductore in
locutionem parte retorquentie paroemiam. Kauf
bricht officiale.

1743

2. Neumann, Iohannes : In iuris communitatione
pone vulgo Drufft - Garcke dicuntur.
3. Riedl, Ausus : Non sari pacta datilia per
testamentum unius conjugis in uno altero reversibili.
4. Schwarzer, Christianus Gottliebus : De iustitia fori Ro-
mani loco concionibus salutis

G. II. num. 50.
S. 49.
1742, 7
DEI. IMMORTALIS. AVSPICIO
IVRISPRVDENTIAE
ANALOGICAE. FVNDAMENTA
AVCTORITATE
MAGNIFICI. ICTORVM. ORDINIS
IN. INCLVTA. ACADEMIA. ALTORFINA
PRO. LICENTIA
SVMMOS. IN. VTROQVE. IVRE. HONORES
MORE. MAIORVM. IMPETRANDI
A. D. MARTI CIICICXXXXII
ERVDITORVM. DISQVISITIONI
EXHIBET
M. IOANNES. IACOBVS. HOEFLER



1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
997
998
999
999
1000



I

Auctoritate imminuta, uinciuntur Iureconsulti legē et iuris ratione.
Analogia posta est in ratione legis.



On tam auctores in disputando, quana rationis momenta quaerenda sunt. Quin etiam obest plerumque iis, qui discere uolunt, auctoritas eorum, qui se docere profitentur. Desinunt enim suum iudicium adhibere: id habent ratum, quod ab eo, quem probant, iudicatum uident. Nec uero probare soleo id, quod de Pythagoricis accepimus: quos ferunt, si quid affirmarent in disputando, cum ex iis quaereretur, quare ita esset respondere solitos: ipse dixit. Ipse autem erat Pythagoras. Tantum opinio praciudicata poterat, ut etiam sine ratione ualeret auctoritas. Cicero, de natura deorum L. I. cum ita dissereret, id quoque esse causae, quin secus iam olim exculta sit iurisprudentia, fieri aliter non potuerit, quam ut expertus sim. Veram, non simulatam, philosophiam adfēctantes.

stantes , Vlpianus , saeculi sui flagitauit socios , nec dubium est , quin aliquandiu distracta , rursus , Irnerii ope , in scho-
las Italiae reducta iurisprudentia , et deinceps Vlpiano simi-
les extitissent iureconsulti , si aut ii , qui leges interpreta-
bantur , rationi locum dedissent , aut ipsam hanc legum expo-
sitionem adsestantes , dolenter tulissent , cum magna iuris
interpretibus accederet auctoritas . Enimvero ferendum non
est , ut innocentes referantur in reos . Cum Seneca epistola
XCIII dicens : quid quod etiam sine probationibus , ipsa
monentis auctoritas prodest : sic quomodo iurisconsultorum
ualent responsa , etiamsi ratio non redditur ? quae conditio
iurisprudentiae dudum fuisse , nobis coniiciendi animum
mouit . Si quid est , quo indoles mentis humanae , eiusue
imbecillitas cognosci queat , certe in scientiarum incremento
atque progressu , hoc animaduerti licere , negaturus sit non
nisi indoctus . Generis humani felicitatem , solida rerum
cognitione , cui et iurisprudentia subiicienda , parari , nul-
lus dubitat , et pura iurisprudentiae historia , diffidentem
confirmat , magnum damnum factum esse , in legum cultura ,
antequam iuris scientiae operam nauantes , istud sibi ex Sene-
cae Hyppolyto vindicauerunt :

Curae leues loquuntur , ingentes stupent.

Experientia testis est , iuris studiosos , plenis in iuris interpre-
tum voluminibus , cum tempus et otium , quae uitae dantur
consumerent , animum quidem multitudine ac uarietate rerum
onerauisse , id uero , quod in ipsis rerum obtinet argumen-
tis , nec accepisse , nec ueram indagasse iuris rationem :
quam tamen cura leui sibi propriam reddidissent , si de con-
troversiis aliorum minus solliciti , eo magis sibi habuissent
persuasos , iurisprudentiam ex genuinis fontibus esse eruendam . In eorum autem sententiam nunquam iturus sum ,
qui

qui iudicent, totius iuris artem corrupisse e schola Irnerii
iuris doctores. Senecam enim satis causae habuisse, ut ad-
uersam legum applicationem sit conquestus, Tullius dubi-
tare prohibet, dum huius rei conclamans testis est in ora-
tione quam pro L. Murena dixit: nam, inquit C. XII, cum
permulta praecclare legibus essent constituta: ea iure-
consultorum ingenii pleraque corrupta ac depravata sunt.
Sed historiam non componenti uerendum, ne in limine
disertationis, finium regundorum iudicio subiicitur, plu-
ra si persequi uellet. Despero tamen, futurum esse, ut
quenquam poeniteat, diem triuise in oratione legenda
Christiani Thomasi, quae inter eius orationes academicas
prima est: de iurisprudentiae corpore, anima, cadavere,
sceleto, spectro. Ego uero ad propositum uenio, uehe-
menterque gaudeo, saeculi nostri salutare iureconsultos, qui,
duce Irnerio, modo restitutam, comite Cuiacio, modo excultam,
iuris artem cum intelligenter, mox ita sibi interpretandi le-
gem imposuerunt: sit amicus Irnerius, sit amicus Cuiaciis,
sed magis amicae lex et iuris ratio. Lege enim eiusque ra-
tione, uera comprehenditur iuris scientia, eaque legis ra-
tionis uis est, ut quiuis eam animo tenens, auctore Mani-
lio in Astronomico:

Perpetuus populi priuato in limine praetor,
reddatur, cum de humanis actionibus iudicare ualeat, etiam si
expresa uoluntas, quam erga singularem causam habiturus
eset imperans, sit occulta. Facultatem uero sine lege scripta
uel consuetudine cognoscendi, quae actio iusta sit aut ini-
usta, sola iuris analogiae inuestigatione persequi, totus in
eo nunc occupatus sum, ne rectam huius rei derelin-
quam demonstrationem.

Juris eiusque analogiae conceptus non nisi relativi sunt. Relationis definitio et attributa proponuntur. Icti romani, vagum iuris terminum prosecuti sunt. Ostenditur quo pacto terminus fieri posit fixus.

Vbi Ius est, ibi relatio intelligitur, et toties de analogia juris sermo est, quoties concipitur relatio relationis. Ad haec ut omnia quae de iurisprudentia analogica dici possunt, necessario redire solent, ita consultum uidetur, ante relationis definitionem et attributa, generaliorum principiorum loco, tradere, quam portius ipsa juris analogiae firmare fundamenta. Ex ontologia autem haec tenenda sunt; relationem esse perceptionem alternatiuam, de duarum rerum conuenientia et disconuenientia, quae rebus iam insunt. Concludimus inde, relationem in rebus singulis esse non posse, sed in duobus vel pluribus. Res comparatae ex Philosophis audiuntur termini correlati. Et cum non raro, propter certum quendam modum, res inter se conferuntur, ea ratio, quae eiusmodi collationem suggerit, dicitur fundamentum relationis. Relatio uero, cum in rebus pluribus est, ita patet, dari non modo relationes singulariter tales, uerum etiam relationes relationum. Nam ad ipsam rei progredior tractationem, et ante omnia nobis constare debet, de significatu juris eiusque ratione. Etenim Celsus, Paulus et Marciarus ICti, cum in L. I. XI. XII. D. de iustitia et iure, uarie iuris uocabulum usurpauerint, dudum exinde, uiris legum notitia claris, ansam praebuerunt, in naturam juris eiusque significationem, interius inquirendi. Quid Grotius in iure belli et pacis L. I. C. I. §. III. seq. quid. Pufendorfius in iure naturae et gentium L. I. C. VI, quid denique Thomasius tam in fundamentis iuris

iuris naturae et gentium L. I. C. V, quam in selectis quae
Halae Sax. prodierunt Observationibus T. VI. Obs. XXVII,
ueri, hac in contentione inuenientur, neminem fugit, qui harum
rerum scrutator est. Mihi tamen uidetur, de notione iuris
disputaturum, prius nosse oportere, quid sit τὸ agere pru-
denter, quid idem honeste et iuste. His enim cognitis,
etiam notitiam iuris eiusue diuersitatis, simus habituri.

III

Notiones prudentiae honesti et iusti formantur, simulque ex iisdem,
iuris diuini naturalis atque humani fontes monstrantur. Generalia iuris-
prudentiae principia ponuntur.

Volitiones nostras non nisi bonum respicere, ideo cre-
dimus, quoniam id quod uolumus, bonum nobis, quid
vero nolumus, malum esse existimamus. Cum autem non
insolenter boni specie decipimus, ut male in nos ipsos con-
suluisse, postea diffiteri nequeamus: recte hinc colligimus,
opus esse scientia, quae cuius bono, iustum pretium sta-
tuere, sapienterque uelle ac nolle, docet. Scientia certis
fundamentis destituta, ne nomen quidem scientiae me-
retur, nostra ergo, quam de humanis actionibus instituendis,
capimus, cognitione, solida si euadere debeat, nos ipsos
ante omnia, in primis humanae mentis libertatem, quae non
nisi actiuitas est, itemque intellectiōnum ac volitionum
objeta, ea quam maxime, quae bona uel mala nobis
sunt, necesse est, ut teneamus, eoque nitamur, ut cer-
tissima ueritas propositionis, I.EVS existit, in dies multo
clarior sentiatur. Ita instituti, scire si cupimus, quid
officii nobis sit, si bona quae sunt obtinere, calamitatem ue-
ro quae inferunt, euitare uelimus, tunc cogitandum censeo
de regulis, secundum quas de prudentia honestate atque iu-
stitia

titia humanarum actionum licet iudicare. Huiusmodi
regulae constant ex relatione, cumque in hac regularum con-
structione, termini correlati, tam ratione obiecti, quam ratio-
ne finis, inter se pugnare solent, fieri aliter nequit, quam ut dis-
iunctae regulae ex diuersis relationibus ueniant. Obiectorum
loco, hic habentur actiones humanae, quae uel propter nos ipsos,
uel propter alios, uel secundum DEI uoluntatem, ad certam
componendae sunt normam. Finis, cuius causa, facienda
sunt omnia, prudenter, honeste et iuste, est felicitas,
perinde ut dari potest, uel aeterna uel temporalis. Homo
igitur, si modo anima ad huius uitae felicitatem tenet,
recte se omnino egisse putat, in comparatione sui suarum
que actionum, cum uariis bonis et malis, si, quid sibi utilissimum uidetur, consilii ceperit, sive prudenter facit,
habita ratione ad se, non ad alios. Quapropter tales regu-
lae, quae omnia sua causa facienda suadent, a philosophiae
moralis doctoribus, vocantur regulae prudentiae generales,
partim in oppositione particularium, de quibus mox dicen-
dum est, prudentiae regularum, partim ob hominum natu-
ram, quae consultrix et prouida utilitatis propriae est, se-
que in homine exhibet, etiam animo non agitur, uelle
DEVM, ut cuius bene sit. Sui ipsis autem conserua-
tionem, cum DEI uoluntate conferre, si quis aude est affe-
ctus, futurum est, ut experientur, uelle DEVM, ui suae
benignitatis, sapientiae atque iustitiae, ne singulis non so-
lum, verum etiam omnibus mortalium aduersa sit felicitas.
Id quoque DEVM non modo uelle, sed et praecepere posse,
creatio et prouidentia eius, neminem sinunt dubitan-
tem. Haec secum meditans, DEI uoluntati morem gerentem,
non posse non esse felicem, ex quadam, ex altera autem,
si perpendet parte, stare in humanae mentis libertate,
actiones secundum diuinam uoluntatem componere, uel
non

non componere , prout quisque saluti suae consuluisse censetur : ita intelliger , quid ius sit , quoque pacto concipi possit obligatio . Quam maxime enim abstrahendo , aliam iuris definitionem dare non possumus , quam , quod sit uoluntas imperantis , obligans subditos . Imperantem uel DEVM esse , uel hominem , in futurum constabit . Hic autem ex praemissis , ius diuinum definio : quod sit uoluntas DEI , humanis actionibus , necessitatem moralem inducens . Obligatio uero , ipsa necessitas moralis est , et quidem hypothetica , in ea se fundans hypothesi : nos oporteat secundum imperantis uoluntatem instituere actiones , si praemiorum participes esse , poenas uero grauissimas haud sustinere uelimus . Cauendum tamen est maxime , ne obligatio confundatur cum officio , hoc enim est ipsa actio cum lege conueniens , et distinguitur in internum atque externum . Loquor iam de legibus diuinis , ut duce rationis exprimi possunt . Quarum finem si respicimus , is modo aeternam , modo temporalem , attingit felicitatem . Perpetuam beatitudinem consequamur , honeste agendo , quod pietatis cultura perficitur , dum ex amore et timore DEI , ipsi DEO obedientiam , nobis optimam curam , aliquis praestamus humanitatem . Huius uero uitiae felicitas , maxima ex parte , iuste agendo , paratur , si quis ad uoluntatem DEI , neminem laedere , pacta seruare , siveque externa pace frui laborat . Pateat igitur , τὸ agere honeste , interna , τὸ agere iuste , externa proferre officia . Constat quoque , repetitis regulis prudentiae uniuersalibus , et cum DEI uoluntate relatis , innoteſcere leges diuinas , cum libertatis proprium est , sic uiuere ut uelimus , atque adeo de causa nostra decedere , ut felicitati omni accederet ingens incrementum . Restat tamen , ut experiamur , utrumque leges diuinae particulares construant prudentiae regulas ,

quae rectum uniuersalium usum desiderant. Quem ad modum uoluntatem Dei, erga homines se habere, intelleximus, ut nimirum ad interna atque externa officia praestanda, qui uis obstrictus esse debeat. Cum autem peruerfa hominum natura eum saepe dat animum, qui honesti aequa iusti praeceptis obtemperare recusat, sequitur inde, legum contumitionem, metu animaduersionis, oportere contineri. Cohibitio uero, cum in eo quo primi mortales fuerunt naturali statu, usquequa exerceari nequiusset, uis enim, quae denegato officio imponebatur, semper contrarium non potuit non habere effectum, quod is, qui debita, si conseEtari solebat, ad ea remittenda teneretur, si debitor, robore maiori instructus, si uim defendere potuerit: unde colligi superfuit, praeter honesti et iusti regulas, praeterea adesse cautiones, quibus singulorum utilitas firma dari possit. Relationes autem, quae inter propriae utilitatis conseruationem, eiusque legitimorum remediorum selectionem, intercedunt, commode quoque uocari solent regulae prudentiae, et quidem speciales. Conueniunt enim, in eo tantum, cum regulis prudentiae uniuersalibus, quod utraeque felicitatis propriae curam habeant, earum tamen discrepantia, in prouisionibus quaerendis tanta est, ut cautionum cum honestate et iustitia pugna, in his penitus abesse, in istis e contrario fieri debeat. Igitur assiduus usus regularum prudentiae uniuersalium, si recte censendus est, non potest non niti, regulis prudentiae specialibus. Itaque ergo, recte omnino prudenterque quis facit, si sibi honorem uerum, opes, amicos, ita conciliat, ne honesto uel iusto quid detraxisse videatur. Praeterea huiusmodi regularum exercitatio, non modo in societatibus minoribus frequens non est, sed potius eo magis munitur, si consideramus, quae causa mortales, ad constituentem sibi imperantem, impulit. In republica enim, cuius caput magistrat-

magistratus est, uitam securam, firmamque iuris sui repetitionem, quisque sibi polliceri potest. Inde manifestum fit, imperantis humani esse rempublicam defendere, eamque legibus gubernare, et quidem ex ea, quam cum subditis init, siue expressa sit siue tacita, pactione. Ius humanum igitur, se fundat in legibus diuinis, et regulis prudentiae specialibus, adeoque definitur, quod sit uoluntas legislatoris humani, humanis ciuium in republica actionibus, necessitatem moralem imponens. Notiones iuris et obligationis, quas dedimus generales, ad ius humanum aequae atque ad ius diuinum pertinent: discrimen uero huius diuersi iuris, in comparatione auctoris et officiorum positum est. Etenim DEVS, ui creationis et prouidentiae, hominibus leges componit, magistratus e contrario homo, tunc demum imperandi atque prohibendi potestatem exercet, si a ciuibus, interposita pactione, qua prudentia singulari suadente, ex parte imperantis, reipublicae procuratio, ex parte uero ciuium obedientia, promittuntur, legitimus factus est legislator. Ea uero, quae ratione officiorum, inter ius diuinum atque humanum est differentia, ita se exhibet: DEVS hominibus nullo officio satisfacere debet, quoniam eorum auctor est supremus, omniaque bona, mortalibus ex mera benignitate tribuit. Legislator homo uero, ui siuae obligationis, reipublicae commodum, secundum leges diuinias et prudentiae regulas, ut promoueat, anxie debet esse occupatus. Postea DEVS ab hominibus exigit, tam interna, quam externa officia, imperans uero humanus, modo de officiis externis, iudicandi potestate habet: licet enim regulae honesti nec a iurisprudentia humana alienae sint, ut huius rei exempla, de officio tutelae, itemque de legibus externum DEI cultum dirigentibus, dici possent, tamen de honestate, nisi quatenus animo excluditur, sententiam ferre

nequeunt magistratus. Hinc recte Vlpianus, in L. XVIII.
D. de poenis, cogitationis, inquit, poenam nemo patitur.
Cuius legis illustrationem dedit Dyonisius Gothofredus in
notis. Hac igitur demonstratione, nituntur principia iuri-
prudentiae generalia. I Quicquid a homine agendum est,
peragi depet, uel prudenter, uel honeste, uel iuste. II
Honestum et iustum concipi nequeunt sine iure. III ius
idem est ac lex, et semper praeponit imperantem. IV
Imperans uel DEVS est uel homo, indeque omne ius uel
diuinum est uel humanum. V Iuris diuini cognitio, ex
comparatione felicitatis nostrae, cum voluntate diuina, ue-
nit. VI Ius humanum uero, ex Legibus diuinis et regu-
lis prudentiae specialibus construitur. VII Vbi ius est, ibi
obligatio esse debet. VIII Obligatio, est necessitas mora-
lis, seu hypothetica, et non nisi una est, officia uero,
quae secundum legis obligationem proferenda sunt, in in-
terna, atque externa, parciuntur. IX Officia interna
solus DEVS sibi vindicat, externa uero DEVS et homo
magistratus, a nobis exigunt.

III

Vires legis colliguntur. ICTus Modestinus defenditur, contra Gro-
tium Pufendorfium atque Thomasium.

Modestinus in L. VII. D. de LL. perhibens: legis uir-
tus est, imperare, uetare, permittere, punire; Grotium
Pufendorfium atque Thomasium, sibi huius rei ergo, fecit
contra statuentes, Grotio enim citato, §. III. III. et VIII
placuit, ius proprio in significatu accipere, uel pro eo,
quod iniustum non est, uel pro qualitate morali, uel pro
lege. Qualitatem moralem dicit, esse ius personae compe-
tens, ad aliquid iuste habendum uel agendum. Eaque qua-
litas

litas ei uel perfecta , uel imperfecta est. Hanc aptitudinem , illam uero uocat facultatem. Pufendorfius et Thomasius Grotii amatores iam allegati , cum amici sui causam suscepserunt , ita mihi impositum esse putarem , ut Modestinum defendarem , apud hos ICtos celeberrimos. Enim uero a prima , quam Grotius iuri dedit , significatione , eo magis abstinentium uidetur , quo minus dubii quid , in medium proferri posse credo , contra meam sententiam : iustum non esse sine lege. Adeoque tota iam in eo uersatur disputatio , ut demonstrem , actionis permissionem , intelligi non posse sine lege. Dominii ius , speciem esse , iuris pro facultate morali recepti , dubitare erubescunt , uiri laudati. Sit ita , et nunc scire cupio ab eis , quid sit dominum ? Respondet mihi Pufendorfius in I. N. et G. L. III C. III. §. II , Dominum esse ius , quo alicuius rei uel substantia , ita ad aliquem pertinet , ut eodem modo in solidum non pertineat , ad alium hominum. Haec igitur definitio duplice nititur relatione , quarum altera est , inter dominum et rem , altera uero , inter alium hominem et eandem rem. Nunc videbimus , quo pacto rem sibi quis tribuere poscit , ut alterum a communione excludere ualeat. Vult DEVS , idque praecepit , ut in sui aliorumque conseruationem , homo , omni cogitatione , curaque incombat §. III. Hic legislator , hie lex est. Huius uero uitæ custodia , quae hominem deducit ad felicitatem , cum maxime in recto rerum usu consistit , ita quiuis officio deuinctus censetur , ut res , quae uel nullius sunt , uel derelictæ habentur , in sui utilitatem conuertat. Atque adeo legis uirtus est imperare. Rei usum , nullum habere potest , dominus , si uel ipse re male utitur , uel ab alio , qui dominus rei non est , impeditur in sui dominii exercitio. Vtrumque autem , cum a sui et aliorum conseruatione alienum est ,

sic lege prohibetur, et uides igitur, legem plenissime uetare. Si uero dominus, legitimo rerum usu, sui aliorumque commodum praeterire nequeat, sequitur inde, ei datam esse potestatem, rem plene possidendi, itemque ab alio vindicandi, neque huiusmodi facultatem impedire, quo minus, suadente ratione, dominus rem suam in aliud transferre posse. Ergo et legis uirtus est permettere. Cum autem, ob sui aliorumque utilitatem, neque re abuti debeat dominus, neque ab alio, a rei usu, iniuste excludendus sit: ita patet, fore, ut utriusque perturbationis sit investigator atque ultor. Adeoque legis quoque uirtus est punire. Iam perspicuum est, ius non nisi sub legis conceptu sentiri posse, cum facultas moralis, quam nominati autores, legi contradistincti, nil aliud, quam legis effectus est. Ea propter, ii, qui permissionem legis, sine lege intelligunt, idem dicere mihi uidentur, ac si effectum existere posse sine causa. Tota uero huius rei controvuersia, inde originem traxisse uidetur, quod iurisprudentiae naturalis doctores, in doctrinis Scholastico-rum maxime uersati, terminos abstrusos, cum notionibus distinctis commutabant, ut qualitas moralis, hic exempli loco seruire potest. Cui succedebat loquendi mos ICtorum Romanorum, quippe qui, metonymia usi, saepius effectui legis, nomen iuris dederunt. Ita enim Marcianus in L. XII D. de I. et I. dicit: Nonnunquam ius etiam pro necessitate dicimus, ueluti, est mihi ius cognitionis, uel adfinitatis; Hoc alii animaduertentes, cum nec ad loquendi formulam, nec animum ad id appulerunt, ut saepe officiorum exhibendorum ratio, diuersos legis effectus postularet, factum est inde, ut proprius iuris sensus multiplicaretur. Nec defuerunt, qui Marcianum heic sensu improppio uocabulum iuris usurpasse, contenderunt, secum non agitantes, quod, rem improprie concipere, idem sit, ac si quis nullam

Iam de re haberet notionem. Enim uero Marcianus citatus, per ius cognitionis et adfinitatis hoc indicare voluerit: est lex quae imperat, ut cognitionis et adfinitatis ratio habeatur, quae uerat, ne tale ius uioletur, uerbi caufa, in nuptiis contrahendis, in administratione tutelae legitimae, in successione etc. Quae secum facientibus, poenam dicitat. Recte igitur Modestinus, in L. XXXIII D. de pactis: ius agnationis, inquit, non posse pacto repudiari, non magis, quam ut quis dicat, nolle suum esse, Iuliani sententia est. Huius legis intelligentiam, quoad notas literarum, enodauit Scip. Gentilis, Originum libro, uocibus heres, liber.

V

•Iuris diuini atque humani partitionum origines indicantur.

Omine ius igitur ratione auctoris, uel diuinum est, uel humanum. Vtrumque suas continet diuisiones, quae uel in modo promulgandi, uel in negotio, quod lex confidendum curat, uel in uniuersali aut singulari subditorum obli-gatione, uersantur. Inde ex his fontibus, emanant differen-tiae specificae, quae diuersorum iurium solidas definitiones exhibent, si iis accedit genus, quod in omni iuri parte, lex seu uoluntas imperantis est. Recte ergo ius diuinum di-stinguitur I in scriptum et non scriptum II in ius naturae et positivum III positivum in uniuersale et particulare etc. Pariter ius humanum, partibus distribuitur, quatenus de sacris externis, uel de re politica disponit. Vtrumque dispergiri potest in scriptum et non scriptum. Ius de sacro-rum extero cultu disponens I in ecclesiasticum, canonicum atque pontificium II ecclesiasticum in uniuersale et parti-culare III canonicum quatenus uel in collectione uel extra Gratiani collectionem est IIII Pontificium in publicum et priua-

priuatum etc. Ita Ius res politicas componens partitionem
admittit I in publicum et priuatum II in criminale, ciuile
atque feudale etc.

VI

Propugnatur pro legibus diuinis positiuis uniuersalibus, aduersus
Thomasiū , earumque legum , cognoscendi principia, construuntur.

Ius diuinum posituum uniuersale affirmanti, iterum hac
de re mihi dissentiens occurrit Thomasius. Is quidem pri-
mus erat , qui eiusmodi iuris distinctam exhiberet demon-
strationem , non autem secundus , qui conuersam haberet
suam sententiam. Historiam huius iuris perfecit ipse Tho-
masius , in praefatione paulo pleniori , historiae iuris natu-
ralis praemissa , Sect. I, §. XXXX , seq. itemque Sect.
V et VI. Vnde expertus sum , eas Thomasiū ad occul-
tandam opinionem impulisse rationes : primo , quod miseram
Theologiae Pseudo-Mysticae conditionem , quae rationis
usum deserere iubet , intime cognouerat , deinceps uero ,
quāciam in obseruationibus Halensem selectis , loco supra
allegato , docuerat : suas de ueritate iuris diuini positiū
uniuersalis assertiones , uel falsas et ex reliquis papatus poli-
ticis ortas esse , uel si etiam uerae fuissent , eas tamen ex
differentiis iusti , decori atque honesti esse deducendas.
Enimvero merito magni aestimandus est Thomasius , quo
minus contra Pseudo-Mysticos asserere erubuit , ius diuinum
posituum uniuersale , non pugnare cum ratione : sed utrum
ex hoc asserto argumentari liceat , legum harum diuinarum
repetitionem , ideo , quia duce rationis intelligi possent , nec
necessariam fuisse , nec iisdem peculiarem reuelationem ac-
cedere debuisse , est id , de quo ualde dubito. Verum
enim est , rationem ducere ad reuelationem , huius uero opus
esse ,

esse, ea quae rationi obueniunt confirmare, quae uero deficiunt, supplere. Igitur ab iis, quae DEVS in sacro codice nobis reuelauit, eo minus recedere debemus, quo magis conuicti reddimur, firmam atque inconcussam semper manere diuinam reuelationem, etiam in eius dignitatem se aduersarios intendunt, qui uel maligna interpretatione, uel etiam peruersa applicatione, reuelationi quid detrahere satagent. Quod uero Thomasius doctrinam suam de iure diuino positiuo uniuersali falsam esse ostenderit, id mihi suusat, ut in legibus diuinis positiuis uniuersalibus inuestigandis, de firmioribus fundamentis cogitarem. Nec ratio Thomasii, apontificiorum inconsiderato iuris diuini positui uniuersalis usu desumpta, effici potest, ut a proposito egrederer, cum huic opinioni eadem obiici possunt, quae iam de ueritate reuelationis in medium proferre cepi. Et cum ius diuinum posituum uniuersale, quatenus in scriptura sacra includitur, haud penitus rationis dictamine mihi constare uidetur, reliquum est, ut huiusmodi iuris immota ponam principia. Dum affirmo, dari leges diuinis positivas uniuersales, de legibus diuinis generatim easdem notiones sentio, quas §. III formaui. Positivas uero easdem uoco, quoniam in sacris literis promulgatae fuerunt §. V. Inde si quae uniuersales esse debent positiviarum legum, restat, ut probem, carum reuelationem ad omnes homines pertinere. Omnem autem reuelationem quae in scriptura sacra nobis proposita est, continere uel historias, uel fidei articulos, uel uitae regulas, uel denique futurorum contingentium praedictiones, docet D. Reinbeck, uir, cuius prae-maturam mortem, orbis literatus ex aequo luget, in meditationibus ad augustinam confessionem art. I. medit. II. §. XII. Iam de uitae regulis dicendum est, quae non nisi leges sunt, secundum quas, homines uitam agere debent.

C

debent. Hae leges uero, ut partem reuelationis diuinae constituant, ita necesse est, ut earum ueritas, iisdem fundamentis gaudeat, quibus ipsa reuelatio nititur. Verae reuelationis cognoscendi principium primum est, ne quid rationi contrarium in se contineat: sic et iuris diuini positui natura esse debet. Ut honestatis et iustitiae regulis, e ratione perspectis, non aduersetur. Deinde certae reuelationi conuenit, partim ea, quae mente, percipiuntur magis corroborare, partim uero cognitionem eorum dare, quorum perceptio, duce rationis, uel nunquam, uel saltim difficulter, perquiritur. Pari modo II ius diuinum posituum, oportet leges naturales confirmare, idque iis adiicere, quod faciendum non prohibent. Nec sola legis naturalis, quae nonnunquam in sacris literis occurrit confirmatio, parui aestimanda est: nam licet quidem, non ubique iuri naturali peculiarem reuelationem additam deprehendamus, tamen minus apta explicatio, quam usquequaque adfectabant legum naturalium interpres, non potuit non urgere in sacris literis optimam correctionem. Inde legis de matrimonii indissolubilitate, uerissimum sensum accepimus a salvatore nostro IESV CHRISTO Matth. XVIII. Pluraque diuinae ueterum legum interpretationi testimonio sunt noui testamenti loca ut occurunt Matth. V seq. alibique. Postea si dicendum, quae reuelatio uniuersalis, quae particularis sit, rite secernenda est causa reuelationis, ab his, quae ipsius reuelationis fundamentum non statuunt. Veram DEI agnitionem et cultum peccatorumque per fidem in IESVM CHRISTVM remissionem, supremum et ueteris et noui testamenti caput esse, nemo fidelium ignorat. Atque adeo omnes uitiae regulas, quae cum ipsa reuelationis causa arctissime cohaerent, et ad homines, qui ante CHRISTI nativitatem uixerunt, pertinuisse, et adhuc eos, qui tempore noui foederis uitam gerunt.

runt, obligare, temere non est dubitandum. Ipsa enim religio Moisaica, quoad essentialia, nec alias gentes excludebat, cum DEVS Abrahamo Gen. XII id in promissum dedit: Et benedicam benedicentibus tibi: et maledicentibus tibi maledicam. Et benedicentur in te omnes familiae terrae. Ideoque leges de sacrificiis, quae mortem CHRISTI adumbrabant aliaeque caerimoniales, olim omnes deuinciebant, qui in ecclesia uera uel permanere, uel tanquam proselyti, ad eam redire debebant. Eae uero leges, quae rempublicam iudaicam modo dirigebant, merito Israclitis propriae censendae sunt. Hinc et utraeque, diuerso sensu, dicuntur leges diuinæ positivæ particulares. Etenim forenses disoluta iudeorum republica, non potuerunt non ulterius ualere, quoniam maxime iudaici status rationem adiuuabant, quae tamen, sceptro Iudei amissi, prorsus conuersa fuit. Leges caerimoniales autem, eti ante mortem CHRISTI omnes obstringebant, uniuersales tamen ideo dici nequeunt, quia non perpetuo durauerunt, sed ipso mortis CHRISTI momento, suae obligationis finem fecerunt. CHRISTVS enim diuino Paulo interprete in epistola ad Ebraeos Cap. VIII
οὐδὲ διὰ οὐτοῦ τραγου, καὶ μόχων, διὰ δὲ τοῦ ιδίου οὐκατός εἰσῆλθεν εἰς τὰ ἀγια, αἰώνιον λύτρωσιν εὐζά-
μενος. Igitur palam est, III omnes leges diuinæ positivæ, ex quarum ratione non constat, eas uel solam rempublicam iudaicam, uel sacrificiorum oblationem, aliasque ecclesiæ iudaicæ caerimoniales respexisse, uniuersum mundum regere, et uniuersales esse. Itaque Ius diuinum positivum uniuersale, definitio: quod sit uoluntas DEI, in sacris literis reuelata, omnium hominum actionibus, necessitatem moralem imponens. Partes huius juris esse regulas diuinæ, de imperio mariti in uxorem, de adulterio, de incestu, de polygamia, pluresque alias in scripturam sacram redactas, ex

iisdem, quibus ius diuinum positum uniuersale adstruxi, principiis, probatu difficile non est.

VII

Iustitiae et iurisprudentiae definitiones evoluuntur. Qualis differentia sit iurisperitiae et iurisprudentiae, explanatur. Vna tantum iurisprudentia est, nimirum judicialis.

De uocabulo iuris in uniuersum, eiusque speciebus, distinctas cum iam aperuimus notiones, nunc finis omnis legis, qui iustitia est, considerari debet, nec modus negligendus est, quo legis ad finem constitutio custoditur, quippe quod iurisprudentiae munus est. Est autem iustitia: qualitas humanae actionis, fundata in obligatione, quae lege, secundum quam actio dirigenda est, comprehenditur. Voce qualitatis, nil aliud intelligo, quam id quod logicis ποιότης est, hoc est res, a qua quales dicimur, quaeque rem (ut hic actio humana est) qualificat, et certam ei habitudinem praebet. Iurisprudentia vero, est solida legum cognitio, coniuncta cum facultate, easdem cum actionibus humanis rite comparandi. Qui igitur verum legis sensum modo tenet, nec habitum, legem ad factum applicandi, sibi proprium fecit, ille quidem Iurisperitus non autem Iureconsultus dici potest. De qua re, adeundus est Barthius, in praeafitione hodegetae forensi praemissa. Atque adeo Ulpianus in L. X de I. et L. definiens: iurisprudentia est diuinarum atque humanarum rerum notitia: iusti atque iuri scientia. Iurisperitiam quidem explicat, non vero iurisprudentiam. Neque distinctionem iurisprudentia admittit, in consultoriam, legislatoriam atque iudicialem. Nam prudentia consultatoria, regularum prudentiae, tam uniuersum, quam particularium, cumulum, amplectitur, cui iam, tanquam pars, inhaeret prudentia legislatoria. Iudicialis vero

non

non differt a definitione, quam de iurisprudentia dedimus, perinde enim est, sive leges naturales, sive civiles, ad iurisprudentiam trahimus, cum in utroque casu, scientia legum earumque applicatio, omne punctum ferunt. Igitur una tantum iurisprudentia est, ratio legum uero, determinat iurisprudentiae effectus, ut nunc uidebimus.

VIII

Ratio iuris describitur, et eiusdem indagandae regulae commendantur.

Quoniam iurisprudentia, solida legum cognitione, earumque applicatione, constat, ita licet gaudet, certo atque immoto fundamento, unde intelligi queat, cur hanc uel illam actionem lex sibi obiecto fecerit. Quod fundamentum, iuris rationem ut constituit, ita in ratione iuris inuestiganda, decet iureconsultum: I ante omnia rationem habere ad actiones, quae legi subiacent, ut uideat, quo pacto actio, quae a sciente et uolente peragitur, imputari possit. Imputare autem, definiente Pufendorfio, de officio hominis et Ciuis L. I. C. I. §. XVII, est hominem pro actionum auctore habere. Non uero actio mala solum imputationi obnoxia est, uerum etiam bona actio, in hunc censem uenire solet. Quod ex necessitate hypothetica, qua ntitur legis obligatio, collata cum definitione iustitiae, patet. Is qui legem praescribere ualeat, etiam imputandi facultatem sibi vindicat, quae tamen in foro humano ordinata iureconsultis commititur, eum in finem, ut de veritate perpetratae actionis, utrum bona an mala sit, secundum legem constet, et deinceps a principe, p[re]aemiorum distributio, uel poenarum irrogatio, recte fieri possit. Itaque a iureconsultis, omni cura ueritas actionum inuestiganda est, ut intentio hominis, quatenus uoluntati imperantis obt[em]perare uel eandem abiicere uoluerit, patescat: quod et ex actionum circum-

stantiis, antecedentibus, concomitantibus et subsequentibus, diiudicare licet, ita tamen, ut maxima circumspectione hic opus sit, praesertim si de causa criminali sermo est, cum non insolenter una circumstantia totam causam variat. Nulla imputatio esset, nisi lex existeret, adeoque id, quod imputandum est homini, II ex contemplatione legis uenire debet. Quaelibet lex, sua causa non destituitur, quae impellens vocatur. Ea uero, pro iurium diversitate, diversimode quoque cognoscenda est. Vtriusque iuris diuini, et naturalis et positivi uniuersalis, ratio impulsua, prouti sentiri possit, ex dictis §. III et VI elucet. Si uero legis humanae constituendae causa, indagenda est, longe alter procedere debemus. Omne ius humanum enim, se fundat uel simpliciter in legibus diuinis, uel in particularibus prudentiae regulis, §. III. Si ex primo fonte emanat, eandem cum fundamento suo causam habet, si uero prudentia legis humanae constitutionem suggestis, tunc leges, utut uel statum publicum, uel sacra externa, uel negotia priuatorum, uel crimina respiciunt, ad rationem status, religionis atque morum istius reipublicae, in qua latae fuerunt, reuocari debent, ut causa eorum impellens patefiat. Quapropter felix harum rerum inuestigator est, qui prudentia consultatoria non leuiter tinctus, nec unquam fugit studium antiquitatis, nec desit cognoscere statuum, imperiorum, ecclesiaque historias. Satis commendari nequit haec regula, si ad ius ciuale romanum, atque canonico-pontificium, animum admoueamus, quae iura apud nos in subsidium recepta sunt. Recte autem Schilterus, in praxi iuris romani in foro germanico, Exercit. I monet: iuris romani receptionem intelligendam esse: Saluis moribus, saluis statutis, et salua status publici ratione; quae obseruatio, cum a iuris civilis doctoribus utplurimum secus haberetur, quid mirum, si passim in interpretibus iuris romani, deprehendere licet

cet incommodam iuris romani ad statum Germaniae applica-
tionem, cuius uel in seruorum materia exhibuit luculentum
testimonium, Illustris Boehmerus, in dissert. de iure et statu
hominum propriorum, a seruis germaniac, non romanis, de-
riundo. De iure pontificio res expedita est, ibi enim multa
de iure romano desumpta fuerunt, nulla prorsus ad causam le-
gum habita ratione, ut rursus exemplo ab imploratione officii
iudicis petitio, euincit laudatus Boehmerus in doctrina de actio-
nibus Sect. I. C. II. §. XXXIII et XXXV. Ne iam quid
dicam, de r eliquis iuris canonico-pontificii fontibus, eiusque
usu in foris euangelicorum. Causam legis uero, si cognouerim,
tunc et III de eius recto sensu nobis constare debet. Hic autem disserimen faciendum est, inter id quod ta-
cito, uel expresso imperantibus consensu, introductum fuit. Con-
suetudinis enim causa impelleas, si semel cognita est, de sensu
ipso deinceps, facile certi reddimur, si monito Alexандri im-
peratoris obtemperantes, ea quae L. I. C. quae sit longa con-
suetudo, scripta sunt, ad nos trahimus. Dicit enim Alexander:
Praeses prouinciae, probatis his, quae in oppido frequenter
in eodem controversiarum gerere seruata sunt, causa cognita
statuet. Nam et consuetudinem praecedens, et ratio, quae
consuetudinem suasit, custodienda est. Et ne quid contra
longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam reuocabit
praeses prouinciae. Haec tenus imperator. Legis scriptae
e contrario sensum, consequimur solida interpretatione. In-
terpretatio est explicatio mentis alienae, ratione sufficiente
nixa, qua efficitur, ut intelligamus, cur potius hic et
non aliis sit uerborum sensus. Verba sunt signa idearum,
igitur in legum scriptarum intellectione, omne reddit ad
Philologiae et Logices studium. Ope Philologiae enim
scimus, quae sermonis puritas sit, et qua ratione uerba
per temporum interualla, varie accepta atque usurpata
fue-

fuerunt. Nec parui hunc in legum studio aestimandum esse laborem , uel maxime ex diuersitate legum , quibus utimur , itemque mutatione , cui linguae quibus leges promulgatae fuerunt , obnoxiae erant , colligi potest. Ipsae leges XII tabularum , quae teste Liuio L. III. C. XXXIII fons omnis subsecuti publici priuatique iuris romani erant , iam ob uerborum obscuritatem , iureconsultis romanis studium philologicum commendabant. Nec mihi difficile esset , ex codicis et pandectarum legibus , itemque ex iure germanico antiqui et medii aevi , proferre specimina , quibus modo linguarum peritia , lumen praeferre queat , si modo instituti ratio id non prohiberet. Nescio enim quid sibi uolunt , qui perhibent , iureconsultum tuto negligere posse uocum indagationem , Spero tamen futurum esse , ut melius de Philologiae cultura sentiant , si partim ex Gellii noctibus atticis L. XIII. C. X experti sint , sumnum iureconsultum Antistitium Labeonem ad enodandos plerosque iuris laqueos linguarum scientia usum fuisse , partim uero Celsi regulam sibi reddiderint notiorem quae L. XVIII D. de LL. ita exprimitur : in ambigua uoce legis , ea potius accipienda est significatio , quae uitio caret : praesertim cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi possit. Verba legis uero si teneamus , etiam rite ideas de uoluntate imperantis habituri simus , adeoque restabit , ut duce rationalis philosophiae , propositiones imperatiuas cum ipsis actionibus humianis comparemus , et cognoscamus , quantum actiones legi conformes sint nec ne. Intellexus uero legis , collatus cum causa legis impulsu , monstrabit , lex , utrum late an stricte interpretanda sit. Vtrumque in definitione interpretationis iam suo gaudet fundamento , nec ideo interpretationem diuidendam censeo , in extensiua et restrictiuam , cum utraque est correctio sensus grammatici uerborum.

borum ex ratione legis. Quae ratio legi applicata ipsa aequitas est, iudice Thomasio in supra laudata oratione Sect. II. §. XXIII. qui illustris auctor et totam de interpretatione materiam, funditus inquisivit, et a praecognitis opinionibus liberauit in Praxi Logices Sect. III. §. XVIII sq. Videamus nunc, rationem iuris parari actionum moralium iuvestigatione, itemque causae et sensus legum scrutatione. Inde Grotius de iure belli et pacis L. II. C. XVI. §. VIII recte taxat eos, qui rationem legis cum eiusdem mente confundunt. Dubito tamen, an Gronouius rem recte expenderit, si in notis ad citatum locum Grotii, dicit: ratio est causa quae legislatorem mouit, ut legem poneret: mens, sententia, seu id quod ex uerbis recte acceptis colligitur. Verum ratio legis seu iuris, multo latior causae est, cum, ut iam uidimus, causa legis sub ratione comprehenditur. Neque expeditum est, an producta Grotii explicatio, inter Gronouii cogitatam referenda sit, cum Morhofius in Polyhistor T. III. L. VI. Sect. I p. 558. docet: Gronouii notas in Grotium extemporales esse, neque ab auctore hunc in finem concinnatas, ut lucem aliquando adspicerent.

VIII

Respondetur ad dubium ex L. XX et XXI D. de LL. desumptum.

Enimuero, dum regulas pono, quo modo ad cognitionem rationis iuris progrediendum sit, animo obuersatur fore, ut mihi obuius sit, cum Iuliano ex L. XX D. de LL. obiciens: Non omnium, quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. Cum et Neratius in L. XXI, eod dicit: Et ideo rationes eorum, quae constituuntur, inquiri non oportet: alioquin multa ex his, quae certa sunt, subuentuntur.

D

tuntur. At uero mihi licebit , pariter cum incomparabili
iureconsulto Vlrico Hubero , ex oratione VIII , p. 267.
quae in auspiciis domesticis extat , ita respondere : Legum
eruditio , uobis est proposita , sed ni rationem ubique con-
iunctam teneatis , coecam imperfectamque iuris scientiam
scitote uos habituros. Non solum Philosophi sed et iurecon-
sulti hanc oportet esse sententiam : felix , qui potuit rerum
cognoscere causas. Futilis et fluxa studiosi hominis disci-
plina fuerit , quae in sola praeceptorum memoria , sine luce
rationis consistit. Iurisprudentia ad imperandum iudicandum
que , id est , ad sceptrum uibrandum nata et idonea facta est.
Quid autem res diuinas et humanas imperio temperat atque
gubernat , nisi ratio ? Quid ciuium controuersias et reipub-
licae fata componit ac moderatur , nisi ratio ? Denique lex
ipsa quid est , nisi foris et fundamentum eius sit ratio ? Ob-
iectatur , sed immerito arti nostrae , quod ipsi conditores
eius ita tradiderunt : rationes eorum , quae constituta sunt ,
inquiri non opörtet , idque propterea , quod non omnium ,
quae a maioribus tradita sunt , ratio reddi potest : quasi pudendu-
m uel ignorantiae uel seruituris asylum , in his dictis conti-
neatur. Enim uero non ita iureconsultos inducere animos
oportere , uti , quae non intelligunt , improbare , legumque
uigorem in aestimatione sua pendere uelint , dicere iam occu-
pauimus. Id enim si procederet , multa , quae nunc certa
sunt , subuerterentur , ait Neratius , in libro sexto membra-
narum. Satis est ad uindicandam legum auctoritatem , eas
non pugnare cum necessariis aeternisque boni honestique re-
gulis , et si cuncta rationum singularia , post longam aeuī me-
moriam forte minus sint conspicua. Sed qui romanae iuri-
prudentiae scrutati sunt adyta , facile norunt , eiusmodi capi-
ta uel nulla , uel rarissima in libris Iustiniani esse relicta :
verum ut artis huius initia , ex ipsis naturae principiis edu-
cta

Ita sunt , ita nihil imprimis huic fundamento , nisi incorrup-
tae rationis cynosurae conueniens , inaedificatum est. Sic
egregie declamans Huberus. Qui ut recte allegatas Leges
illustrauerit , ipsum Iulianum suffragantem habet in L. LI. § 1,
in fine D. ad L. aquilam : multa autem , inquit , iure civili ,
contra rationem disputandi , pro utilitate communi recepta
esse , innumerabilibus rebus probari potest : unum interim
posuisse contentus ero. Cum plures trabem alienam , furan-
di caula , sustulerint , quam singuli ferre non possent , furti
actione omnes teneri existimantur : quamvis subtili ratione
dici possit , neminem eorum teneri : quia neminem verum
sit eam sustulisse. Ceterum de ratione iuris inuestiganda ,
egregia protulit consilia , eximus Ioan. Frid. Hombergk zu
Vach in iurisprudentia rationali.

X

Vsus jurisprudentiae analogiae ostenditur.

Ex his igitur , quae nunc posuimus fundamentis , de-
ducere licet , quid sit analogia juris , et quae eius necessitas
sit excolendi. Lege et iuri rationale cum tota jurisprudentia
natur , non immerito quaerendum videtur : num penes
imperantem sit , singulis subditorum actionibus , certam pree-
scribere normam ? Decisionem huius quaestionis dederunt ipsi
legislatores. Ita enim Iulianus in L. XII. D. de LL. Non
possunt , inquit , omnes articuli singillatim aut legibus aut se-
natus consultis comprehendendi : Sed cum in aliqua causa sentia
eorum manifesta est , is , qui iurisdictioni praest , ad
similia procedere , atque ita ius dicere debet. Neque minus
in L. XIII. h. t. Vlpianus acclamat : Nam , ut ait Pedius ,
quotiens lege aliquid , unum vel alterum introductum est ,
bona occasio est , coetera quae tendunt ad eandem utilitatem .

uel interpretatione, uel certe iurisdictione suppleri. Horum
fententiam confirmans Tertullianus in L. XXVII. eod. di-
cit: Ideo, quia antiquiores leges ad posteriores trahi usita-
tum est: et semper quasi hoc legibus inesse credi oportet, ut
ad eas quoque personas et ad eas res pertinerent, quae
quandoque similes erunt. Omnim uero huius rei ergo datam
explicationem illuminat articulus CV. Const. Crim. Caroli
V, ubi juris analogiam excolendi potestas, hoc modo ICtis
concessa deprehenditur: Ferner ist zu mercken, in was pein-
lichen Faellen oder Verklagungen, die peinlichen Straffen in
diesen nachfolgenden Articulis nicht gesetzt, oder gnug-
sam erklaeret, oder uerstaendigt waeren, sollen Richter und
Vrtheiler, so es zu schulden kommt, Raths pflegen, wie
in solchen zufaelligen, oder unuerstaendlichen Faellen, un-
sern Kayserlichen Rechten und dieser unser Ordnung am ge-
maesten gehandelt und geurtheilt werden soll, und alsdann
ihre Erkaenntnis darnach thun: wann nicht alle zufaellige Er-
kaenntnis und Straff, in dieser unser Ordnung gnugsam moe-
gen bedacht und beschrieben werden. Omnia autem, quae
nunc allata fuerunt, unam eandemque habent rationem.
Etenim omniscius esse deberet imperans humanus, si singu-
lis ciuium actionibus bonis legibus prospicere uellet, cum di-
uersa rerum publicarum conditio, uariique ciuium mores,
diuersas postulant leges, quae adeo mutationi obnoxiae sunt,
sicuti tempus, et homines, qui certo temporis interuallo,
uitam agunt. Ipsum ius diuinum, admittit juris analogiam,
DEVS enim ui omniscienciae sua scilicet, fore, ut ex uariis
hominum actionibus moralibus, uariae leges conderentur,
inde et nobis, ui summae sapientiae, concessit facultatem,
iustum ab iniusto discernendi. Quae ut in iure naturali manifesta
est, ita ex §. III. cognoscimus, totam fere iurisprudentiam
naturalem, esse analogicam, quod et in futurum quibusdam
exemplis

exemplis magis est declarandum. Haec autem facultas, cum nobis parata est, colligere debemus, illa ita utendum esse, ut si ex ratione cognoverimus, quid circa actionem quan-dam, iustum vel iniustum sit, idem iusti sensus, necesse esse, ut ad similes actiones applicetur, de quarum qualitate adhuc dubitari possit. Verum iuris naturae non modo, sed et iuris scripti tam diuini quam humani ratio id utilitatis habet, ut perspecta ratione legis, de actionibus iudicium ferre liceat, quae uerbis legum alias non continentur, §. I.

XI

Quid sit analogia iuris, definitur tam quoad rem, quam quod ad nocem. Definitio jurisprudentiae analogicae proponitur.

Vsum iuris analogici cum sentimus, iam scire suuat, quid sub analogia iuris intelligendum sit. Vocabulum iuris inuoluit conceptum relatiuum §. II. Inde uidimus §. III, in eiusmodi relatione terminos correlatos esse imperantem et actiones subditorum morales, relationis fundamentum autem constitui in voluntate legislatoris circa actionum moralium qualitatem. Cum autem §. II docuimus, dari non modo relationes simpliciter tales, tamen etiam relationes relationum: ita sequitur, ut per rationis iuris conquisitionem, §. VIII cognita una, quae inter imperantem et subditum est, relatione, et ex eadem deduci possit altera relatio, quae se referat ad primam, ita ut exquista cuiusdam legis ratione, decernere ualeamus: qua ratione factum Iauoleni se habet ad hanc legem, ita collineat factum Caifi eandem. Hoc igitur fundamento, superstructa se sistit analogia iuris, quam definio: per relationem relationis, ex cuiusvis legis ratione et facti cuiusdam hominis instituta comparatione, factam. Adeoque jurisprudentia analogica est: scientia actiones humanas compa-

randi ad rationem iuris. Ipsam uero nominis impositionem quod attinet , maluimus cum aliis potius uti uoce Analogiae , quam eiusmodi scientiam comprehendere sub ratiocinatione ex argumento legis. Certum est enim , analogiam iuris exerceri posse sine ratiocinio , cum cognitis de sensu legis et hominum actionibus moralibus ideis , deinceps omne negotium reddit ad formanda iudicia relativa , secundum quae actiones , utrum bonae an malae sint , censeri debent. Accidit nonnunquam , ut ex conceptis relationibus amplius quid argumentando concludamus , verum , cum hoc consequentiae ergo sit , ita de eo nomen sortiri nequit analogia iuris , iudice Illustri Wolsio in Philosophia rationali §. CXLVIII D. et § CXXXVIII , seq. Nomen enim scientiae , cum ipso conceptu , cuius signum est , conuenire debet. Itaque analogiae vox graeca est , composita ex praepositione ἀνα et nomine substantivo λόγος . Cum autem praepositio ἀνα in compositione non insolenter , rei iterationem denotat , ut exemplum est , in uerbo αναβίωσις : ita mathematici qui uocem analogiae sibi fecerunt propriam , eandem explicuerunt : per proportionem id est identitatem rationum , noscisse ita exprimere solitam : $2 : 3 \dots 4 : 6$. Qua de re , adeundus est celeberrimus Hausenius , in elementis matheseos p. 2. def. III. et p. 8. hypoth. VII. Sic et Aristoteles L. V Ethicorum per analogiam intellexit ἰσοτην τε λόγος , sed magistri sui sensum , parum scrutantes doctores Scholastici , et uoci analogiae , vagum dederunt significatum , monente B. Roetenbeccio in logica uet , et noua Q. VIIIIC. Graeci pariter ac latini Grammatici imitati mathematicos suam effecerunt artem ex analogia uerborum , ut huius rei testimonio sunt uestigia , quae de lingua Latina libris M. Terentii Varonis supersunt. Grammaticis enim analogia sermonis est , loquendi scribendique ratio , sub lege proportionis ,

nis , in certam regulam redacta . Inde uerba cum regulis
conuentientia iis audiunt analogia , quibus opposita sunt ano-
mala . Quo factum est , ut uerbum analogia , iam olim latina
ciuitate donatum fuerit . Hinc Quintilianus L . I . inst . Orat .
C . VI . Consuetudo , inquit , certissima loquendi magistra ,
utendumque plane sermone ut nummo , cui publica forma est .
Omnia tamen haec exigunt acre iudicium in analogia praeci-
pue , quam proxime ex graeco transferentes in latinum , pro-
portionem uocauerunt . Eius haec uis est , ut id , quod du-
bium est , ad aliquid simile , de quo non quaeritur , referat ,
ut incerta certis prohet . Quintiliano socium adiungo Sene-
cam Ep . CXX perhibentem : Nobis uidetur obseruatio colle-
gisse , et rerum saepe factarum inter se collatio per analogiam
nostro intellectu et honestum et bonum iudicante . Hoc uer-
bum cum latini grammatici ciuitate donauerint ego damnan-
dum non puto , nec in ciuitatem suam redigendum . Vtar
ergo illo non tantum tanquam recepto , sed tanquam usitato .
Quae sit haec analogia dicam . Noueramus corporis sanita-
tem : ex hac collegimus esse aliquam et animi . Noueramus
corporis uires , ex his collegimus esse et animi robur . Ita
Seneca . Profecto , sicuti uocis analogiae proprietas , ex ad-
ductis testimoniosis intelligitur , ita ex uerbis , quae B . Buddeus
in institut . Theol . dogmaticae L . I . C . I . § . XXXV in notis
posuit , animaduertu haud difficile est , in scholis Theologorum
aliquatenus a proprietate huius uocis recedi , si Buddeus dicit :
analogiae uox , ut in mathematicorum scholis frequens est ,
ibique similitudinem rationum , qua numeri ipsaeque magni-
tudines inter se comparantur , significat : ita ad doctrinam sa-
cram applicata , capitum et articulorum , quibus religio chri-
stiana absolvitur , praesertim fundamentalium , consensum atque
harmoniam denotat . Fuere et e ICTis quidam , qui Theolo-
gorum more , ipsam iuris artem ordinate compolitam , pro
iuris

juris analogia uendarunt, putantes, se obseruasse analogiam
iuris, si nemo suis interpretationibus id quod legibus contra-
diceret, habuerit obiectionis. Quorum e numero Petrum Ra-
mum, infra citandum, fuisse, existimo. At hic confunditur
ratio legis cum analogia iuris, quarum differentiam iam satis
ostendimus.

XII

Euoluuntur iurisprudentiae analogiae regulae, tam generales, quam
speciales.

Iam uero de regulis iurisprudentiae analogiae uenit co-
gitatio, nilque obstat, quin huiusmodi iurisprudentiae et gene-
rales et speciales tradere ualeamus regulas. Enim uero cum
iuris analogia nititur relationibus relationum §. XI sequun-
tur inde duae regulae generales, quarum prima est: ante omnia
indolem primae relationis, accurate, secundum correlata eius-
que fundamentum, censendam esse §. VIII. Hoc facto, altera
quaes sequitur regula, necesse est, ut obseruetur: quod nimi-
rum utriusque relationis correlata atque fundamenta, ita iudi-
cio sublicantur, ut constet, primae relationis ratio, num tam
uniuersaliter pateat, ne et alteram reiiciat comparationem.
Id enim si procedit, tunc dicere possumus: Vbi eadem est ra-
tio, ibi quoque eadem legis dispositio. Haec uero cognitio,
cum solidis Logices atque Ontologiae fundamentis absoluatur,
ita iurisprudentiae analogiae praecepta ponentem, haud decet,
recensitas disciplinas repeteret, sed ad easdem potius remittere
analogiae iuris cultores. At uero, cum momenta rerum,
unde ipsae de rebus ideae formantur, pro scientiarum ratione,
varie se fistunt, ita huius rei ergo, ut in iurisprudentia analo-
gica perceptiones rite fiant, adhuc ex Iulii Bernhardi de Rohr
introductione in iurisp. priuatam Sect. I. C. VII. §. VII. sq.
quac-

quaedam speciales regulae , addendae sunt generalibus. Ita
tamen , ut simul , indicatis utplurimum paragraphis , demon-
strum , quo pacto et hae singulares regulae , ex mea funda-
mentorum constructione proueniunt. De Rohr autem ita
dicit : I Eousque ex quavis causa argumentis procedi potest ,
quousque legislator ipse operaturus videbatur , neque de con-
traria huius voluntate iudicium adest. Vide Reg. II. gen.
Legislator enim ipse rationem legis in omnibus sequitur.
II Quoties ratio alicuius legis est mutata , etiam lex mutata
intelligitur , et si correctiones legum non facile praefumantur.
Vide §. VIII. n. II. III Cum lex aliqua correctoria ,
aliam legem de certa persona aut certo casu loquen-
tem corrigit , tunc ex eius ratione extensio fieri de-
bet ad eos casus , et eas personas in quibus eadem ratio
obtinet. Vide Vlpianum et Tertullianum citatos §. X. III
Cum ratio in lege expressa est , aut evidenter inde elici potest ,
etiam in poenalibus et odiosis , argumentum , quod hocce ad
alias personas causas et casus , in quibus eadem ratio obtinet
extendit , satis validum fit. Vide §. VIII. n. I. et III.
V Vbi ius speciale et contra ius commune aliquid introdu-
ctum occurrit , non potest per consequentiam argumentum
inde deduci , licet eadem vel maior etiam ratio subsit. Vide
reg. I. gen. Desumpta est haec regula ex L. XIII et XV.
D. de LL. Cuius rei explicationem debemus Schultingio in
enarratione P. I D. tit. de constit. princip. in fine. Pergit
de Rohr : VI Argumentatio ita dirigi debet , ne per eam lex
uitio aliquo inquinetur , cuius inter alia ab orationis taxatiuae
extensione exempla desumi possunt. Taxatiua autem oratio
interpretibus dicitur , quae particulis , folum , tantum , dun-
taxat etc. vim excludendi habet. Ab hac igitur exclusione
non est argumentandum ad eos casus , quibus exclusis incon-
ueniens quoddam sequeretur. Neque enim pro voluntate

vitiosa, seu imprudentia legislatoris, sed pro summa eius prudencia interpretandum est. Vide Reg. II. gen. VII. Haec quoque quodammodo referri potest, quod a lege stricte loquente necessarium argumentum sit, ad ea, quae nisi subintelligantur, inconueniens aliquod sit consecuturum. VIII. In lege, cuius una pars de certis rebus exempli gratia stricte loquitur, ex aliis partibus aut precedente generali definitione ad extensionem horum exemplorum recte argumentum fit. Ad hanc et antecedentem regulam conf. §. VIII. n. III. VIII. Si plures sint rationes eiusdem legis, quamdiu una eorum durat, extensio argumento facta durat: sin autem ipse legislator coniunctis demum iis se uelle legem valere ostenderit, uoluntas eius sequenda est. Vide Reg. I. gen. X. Ex pluribus decisionibus uel casibus loco legum propositis, sententia et ratione cognita generalioris, praexcepta seu propositiones uniuersaliores argumentando inde eliciuntur. §. XI. Ita consentit de Rohr cum mea inuestigatione de iuris analogia, nisi quod sibi uolupte solum est, loco analogiae adhibere nomen argumentationis, de qua re autem §. XI. uideri debet.

XIII

Auctores qui analogiam iuris illustrarunt recensentur.

Huius autem scientiae usum ut §. X sentire incepimus, ita intellectu facile est, cur in omni iurisprudentiae parte deprehendere licet iurisprudentiae analogiae specimina. Ius naturae, cum sola humana ratione cognoscitur, sic et maximum dedit analogiae iuris prouentum. Doctores enim iuris naturae, cum, ut §. III uidimus, semel cognoverint, quae relatio inter DEVm et homines respectu huius uitae tranquillitatis sit, consequens fuit, ut de ueritate propositum: *Pacta sunt seruanda: Nemo laedendus: conuincerentur.*

Hae

Hae propositiones cum semel constructae erant, factum est inde, ut tota fere iurisprudentia naturalis ope analogiae iuris exhiberetur, cum harum propositionum rationes, multas suaderent relationes §. XI. quae deinceps tanquam leges naturales seruatae fuerunt. Interim de omnibus iurisprudentiae analogiae cultoribus, eorumque studio, in uniuersum id ferre potest iudicium: nimirum, quodcunque damnum passa sit legalis iurisprudentia, id quoque senserit analogica. Peruersae iurisprudentiae uero causa, cum fuit solidae philosophiae et qui accedit literarum eleganterum neglectus §. I. Ita colligimus, quo magis, uel minus, philosophiam, literasque elegantiores habuisse sectatores, tanto maxime, uel minime, floruisse iurisprudentiam, siue legalis sit, siue analogica. Ita instructi, non solum commode decernere possumus, quousque in analogia progressi sint iuris naturalis doctores, uerum etiam iam confidentius dicere de antiqua ICtorum romanorum fori disputatione, de fictionibus et legum correctionibus praetorum, itemque de responsis prudentum. Neque nostram cogitandi facultatem, decipient consiliorum, responsorum, communiumque opinionum collectores, et ipsa quae iure Canonico includitur analogia, ita sit proditura, ut ut ex status ecclesiae et politiae corruptione, atque iniqua sacrarum literarum, iurisque romani applicatione oriri cepit. Et quid erit impedimento iudicare, qua ratione processerint autores, qui analogiam iuris in artem redigere laborarunt. Quorum numero nunc aduocandi sunt potiores: Petrus Ramus in tr. ad reg. V. I. de analogia iuris et facti Louanii CICICXXXXI exarato: Vide §. XI. Schilterus in praxi artis analyticae in iurisprudentia, Ockelius in ICto rationali. In primis autem omnino conferri merentur: Kulpissii oratio de analogia iuris, Ludouici dissertatio de ICto sine lege loquente,

Sleuogt de argumentis legum caute formandis , et Freiesleben
nisi programma de ratiocinatione ex argumento legis . etc.

XIII

Quid Parallelismus iuris sit , et quo modo ab analogia differat , effini-
gitur .

Restat ut uideamus , quid iuris Parallelismus efficiat ,
quaeque eius cum analogia pugna sit. Παραλληλισμὸς
uox graeca est , ab Eustathio usurpata , quam Scapula deri-
uat a uoce ἀλλήλων . Geometris propria est , qua in lineis
et figuris quandam conuenientiam significant . Inde lineae
parallelae ab iis definiuntur : quae cum in eodem sint plano ,
etiam si nullibi terminari intelligantur (uel ut Geometrae lo-
quuntur , etiam si in infinitum producantur) nusquam sibi oc-
currunt . Conf. laudatus Hausenius p. 89. def. VIII. Lice-
at ICtis , hac in re mathematicos quoque imitari , et per
parallelismum intelligere : conuenientiam iuris materiae ,
qua diuersis in titulis distracta habetur . Rem exemplo de-
clarabimus . Ius patriae potestatis , quod romanis proprium
fuit , inter alia ius uitiae et necis includebat Vid. Dionys. Hal.
antiquitatum romanarum L. II. p. 96. 97. Enimuero cum
imperatores romae regnare confuerunt , hancque do-
mesticam maiestatem , imperatoriae noxiā senserunt , fa-
ctum est , ut iam Traiani et Adriani legibus constitutis , pa-
trum in liberos saeuitia coerceretur . Tandem uero Alexander
Seuerus in l. III C. de patria potest. ita rem dispositus :
Si filius tuus in potestate tua est , res acquisitas tibi alienare
non potuit . Quem , si pietatem patri debitam non agnoscit ,
castigare iure patriae potestatis non prohiberis : acriore re-
medio usurpus , si in pari contumacia perseuerauerit , eum
que Praesidi prouinciae oblaturus , dicturo sententiam ,
quam

quam tu quoque dici uolueris. Hanc igitur legem , si ope Parallelismi , interpretari uelimus , necesse est , ut non modo antea leges citatas , uerum etiam L. XIII. §. ult. D. de re militari , L. II D. ad L. Corn. de sicariis , L. XI. D. de lib. et posth. haered. inst. praeterea Constantini M. itemque Valentiniani et Valentis secutas dispositiones , quae habentur in L. un. C. de his qui par. uel lib. et L. un. C. de emendat. propinq. cum ea rite conferamus. Ita in omnibus exemplis e parallelismo declarandis , procedere debemus , facileque colligi potest , ad rationem iuris cognoscendam plurimum conferre iuris Parallelismum , in primis si uobis causa legum impellentibus iurisque chronologiae ratio habeatur. Nec satis laudari potest studium Dionysii Gothofredi , quod erga Parallelismum habuit in notis corpori iuris civilis adiecit , uehementerque optandum est , ut et in aliis iuris partibus , huius rei socios haberet. Interim tamen Parallelismus confundi nequit cum analogia iuris. Etenim analogiae opus est , ex ratione iuris determinare ea , quae nondum expresse constant : Parallelismus autem modo suadet , ea congerere , quae eadem sunt et diuersis in locis rite posita animaduertuntur.

XV

Finis , quo referri hanc dissertationem oportet , indicatur : ipsa uero iurisprudentiae analogiae fundamenta , censurae eruditorum subiiciuntur.

Ego uero , inuestigatis totius iurisprudentiae primis conceptibus , ex iisdem , quo pacto ueniant iurisprudentiae analogiae fundamenta , cum feci demonstrationem : hanc , opinor , me effecisse artem , quam ueteres θεωρηται uocabant. Volupe esset , usum horum fundamentorum in exemplis , a partibus , in quas §. V. ius secui , petitis , adferre : sed uidetur , fore , ut iterum sint , qui finium regundorum iudicio , mihi reductionem minarentur , si praeter funda-

fundamenta , quae titulo inscripta sunt , adiicere quid uel-
lem , cum censente Quintiliano instit. orat. L. II C. XXI ,
ars quae θεωρητικὴ vocatur , in inspectione posita est , id
est , cognitione nullum exigens actum , sed ipso rei , cuius
studium habet , intellectu contenta . Neque ego is sum ,
qui affirmare ausim , iurisprudentiae analogicae fundamenta ,
sic a me constructa esse , ut iis nil prorsus deesse videatur :
potius Persii , de contemnda gloria sententiam , assensu
meo comprobo , quam Sat. III dixit :

Respus quo non es , tollat sua munera cerdo ,
Tecum habita et noris , quam sit tibi curta suppellex.

Igitur grata mente accipiam , si qui eruditorum sint futuri ,
qui , meliori ratione ducti , suadeant , meae tractationi ,
mox addendum , mox resecandum quid esse . Etenim hi
erunt fere , qui calcaria addunt , animum ad mouenti ad eden-
da selecta iurisprudentiae analogicae capita . Recte enim
Plinius L. VII. Ep. XVII: Cogito , inquit , quam sit ma-
gnum , dare aliquid in manus hominum : nec persuadere
mihi possum , non et cum multis et saepe tractandum ,
quod placere et semper et omnibus cupias .



EXCVDEBAT IOANNES GEORGIVS MEYERVS , ACAD. TYPogr.



PRAENOBILISSIMO CLARISSIMO QVE
CANDIDATO
DOM. M. IOH. IAC. HOEFLERO

S. P. D.

WOLFG. ALBERT. SPISIVS
ICTVS H. T. DECANVS.

Si ueram , non simulatam , Philosophiam
cum Vlpiano affectant , qui iusti atque in-
iusti scientiam profitentur , aequum ab iniquo
separantes , licitum ab illicito secernentes ;
optime

optime sane rebus suis consulunt, qui ad Iu-
risprudentiae studium animum non adpli-
cant, nisi Philosophiae praesidiis probe iam
instructi ac muniti. Quam uiam et TV,
PRAENOBILISSIME DOMINE CANDIDATE,
praecclare laudabiliterque ingressus es, cum
non solum ante intimiore Philosophiae co-
gnitione imbui uolueris, quam ad legum
doctrinam hauriendam accederes, sed etiam
deinde utramque hanc scientiam nobilissi-
mam arctissimo pariter ac suauissimo nexu
perpetuo coniunxeris, ut adeo honores sum-
mos, quibus in Philosophia iam ornatus es,
nunc etiam in utroque Iure ex merito conse-
quaris. Quamobrem TIBI nouos hos hono-
res ex animo gratulor, et DEV M IMMOR-
TALEM precor, ut omnibus TVIS coeptis
in posterum etiam benedicat, et uberrimos
eruditio[n]is ac uirtutis TVAE fructus TIBI largia-
tur. Vale, et res TVAS porro age feliciter.
Scrib. Nonis Martii A. S. R. CICIOCCXXXII.

AMICO

Alt-dorf, Diss., 1742
X 2389282

